Pegowski cum Trzecieski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Stanislaus Pegowski a iure foro suis proprio quibus renuncians submittens se iure praesenti castrensi Premisliensi iurisdictioni se suosque heredes bonaque sua universa quae ad actum effectusque inscriptionis praesentis attinet incorporando et subiciendo mente et corpore sanus existens palam et publice per expressum recognovit. Quia Nobili Iacobo Trzecieski eiusque legittimis successoribus centum quinquaginta et quatuor florenos pecuniae monetae polonicalis certi veri et legalis debiti seu mutuatae pecuniae tenetur praesentibusque inscribendo se et successores suos super omnibus bonis suis haereditariis et mobilibus et immobilibus habitis et habendis obligat et obligando mobilibus et immobilibus habitis et habendis obligat et inscribit pro feria quarta Cinerum proxime et immediate ventura solvere reddereque circa acta praesentia castrensia Premisliensia reponere et relinquere sub vadio similis summae centum quinquaginta quatuor florenorum pecuniae monetae polonicalis in effectu summa praefata pro die et tempore superius praescripto solutionis ad solvendum summam. Nihilominus praefatus Stanislaus Pegowski se et successores suos super omnibus bonis suis obligat inscribendo praesentem ex his actis ad acta terrestria Premisliensia ad terminum unius anni transferre transportare similemque vel si opus fuerit melius recognitionem facere sub simili vadio centum quinquaginta et quatuor florenorum pecuniae. Pro quo quidem vadio seu vadiis summaque principali praefatus recognoscens cum suis successoribus citatus extra a iure foro suis proprio quibus renuncians coram castrensi capitaneali Premisliensi officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefato vadio seu vadiis summaque principali omnibus exceptionibus contoversiis prorogationibus, suspensionibus, motionibus, appellationibus rarumque prorogationibus, ad quietationem dilationem non petendo, cura vel simplici infirmitatibus actionis quomodo [illegible] poena trium marcarum et triplici poena legalibus quibusvis impedimentis, ac aliis omnibus gratiis dilationibus iuribusque remotis in partem victricis satisfacere cum suis successoribus tenebitur. Nulla prescriptione terrae in praemissis obstante.

Bilinski cum fratre

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Stiezko Bilinski a iure foro suis proprio quibus renuncians submittens se iure praesenti castrensi Premisliensi iurisdictioni se suosque heredes bonaque sua omnia quoad inscriptionem incorporando mente et corpore sanus existens palam et per expressum recognovit. Quia Nobili Mieszko Bilinski eiusque legittimis successoribus centum et quinquaginta florenos pecuniae monetae polonicalis certi veri et legalis debiti seu mutuatae pecuniae tene-

tur, praesentibus inscribendo se et successores suos super omnibus bonis suis obligat pro festo et festo Sancti Bartholomei proxime venturo solvere reddere circa acta praesentia reponere et relinquere. In effectu vero solutionis et repositionis summae praefatae pro tempore et loco suprascripto extunc praefatus Stiezko tenebitur cum suis posteris eidem Mieszko Bilinski fratri suo germano in [illegible] dare et libere admittere realem intromissionem et actualem percipiendi possessionem in medietatem advocatiae totius portionis obligando totam in summis pecuniariis in bonis villae Bilinice et alibi ubicunque per ministerium terrae quaerendam eam dimittit pro officium praesens adscriptum. Sub vadio simili summa centum quinquaginta florenorum pecuniae. Pro quo dictus Mieszko Bilinski et illius successores bona praefata ab intromissione accepta ad festum Natalis Christi proxime venturum et a praefato festo Natalis Christi proximo in effectu exemptione et a dicto festo anno in annum omnis se ergo uti ad aliud simile festum. Cum omni iure dominio proprietatis ac cum omnibus et singulis fructibus proventibus redditibus utilitatibusque quibuscunque nil excipiendo tenendum habendum possidendumque ad exemptionem et summae praefatae persolutionem. Tenebitur quoque praefatus Stiezko Bilinski cum suis posteris eundem Mieszko et illius successores in bonis praefatis ab omni quavis turbatione et exactione eorum impetitione omnibusque damnis sumptibus, violentiis et impedimentis quarumlibet personarum status gradus et conditionis cuiusvis existentis per omnia praefatum terrestria prout ad quamlibet personam terrestrem praesentem spectat tueri quoties opus fuerit tueri defendere eundemque liberare sub simili vadio centum et quinquaginta florenorum pecuniae. In super etiam praefatus Stiezko Bilinski se et successores suos obligat inscriptionem praesentem ex his actis ad acta terrestria Premisliensia ad terminum unius anni transferre transportare sub simili vadio centum et quinquaginta florenorum pecuniae. Pro quo quidem vadio seu vadiis praefatis recognoscens cum suis successoribus citatus, extra a iurisdictione sua quavis exempta coram castrensi capitaneali Premisliensi officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefato vadio seu vadiis omnibus exceptionibus controversiis, prorogationibus, suspensionibus, motionibus, appellationibus cuiusque prorogationibus, cura vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, ad quietationem dilationem non petendo, poena trium marcarum et triplici poena legalibus quibusvis impedimentis, ac aliis omnibus gratiis dilationibus iuribusque remotis in partem victricis satisfacere cum suis successoribus quoties opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrae in praemissis obstante.

Actum in Castro Premisliensi feria sexta

4/VI. post festa solennia Sacrae Pentecostes proxima Anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo quarto. Coram Generoso Victorino Kowalski Vicecapitaneo officio et actis

Sliwniczka tenetur Andrich

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Generosa Anna de Trzana relicta olim Generosi Stanislai Sliwniczki a iure foro suis proprio quibus renuncians, submittens se iure praesenti castrensi Premisliensi iurisdictioni se successores ac bona sua omnia